



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 22. Mathiæ Bredenbachii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

no conscriptam. IV, Prodiit ejus ope-
 ra Italico sermone liber dogmaticus, cui
 hunc titulum præfixit: *Confirmatio dog-*
matum Catholicorum omnium cum subversio-
ne totius fundamenti modernorum hæretico-
rum. V. Præter sermones in omnia to-
 tius anni festa Sanctorum, necnon Con-
 stitutiones Synodicas posteris reliquit
expositionem vulgarem supra Symbolum A-
postolorum, & orationem Dominicam.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1559.

§. XXII.

Matthiæ Bredenbachii obitus.

Alter ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc
 anno defunctis erat Matthias Bre-
 denbachius Kerpfenæ in Bergensi Duca-
 tu natus. Hic in Clivia Embricano Col-
 legio præerat, ingentemque sibi famam
 conciliabat non modo maxima, qua recto-
 ris munereungebatur, sedulitate, sed
 præcipue celeberrimis operibus, quæ ad-
 versus Protestantes vulgaverat: scripsit
 enim I. Tractatum *de diffidiis Ecclesiæ com-*
ponendis unacum duplici ejusdem tra-
 ctatus apologia, alioque libro, cui titu-
 lus *Anti-Hyperaspistes* adversus Smideli-
 ni, seu Jacobi Andreæ Lutherani Hy-
 peraspistem pro vindicando Brentio scri-
 ptam II. edidit duas epistolas de Reli-
 gionis negotio, III. duos commentarios
 amplissimos in sacram Scripturam. IV.

Valer. Bibl.
Belg. Miræ-
us de Script.
Sæcul. XVI.
Dupin. ib.
siècle p. 26.
 t. 16.

Alium

Sæcul. XVI. Alium in sexaginta novem primos Pſal-
A.C. 1559. mos, V. quemdam tractatum in Evan-
 gelium S. Matthæi. Utebatur hic Scri-
 ptor stylo eleganti, atque ad ciendos
 pietatis affectus, & ad lectorum erudi-
 tionem aptissimo, obiitque Emericæ hoc
 anno mense Junio annos natus septua-
 ginta, ac duos reliquit filios Theodori-
 cum, & Tilmanum, ambos scientiarum
 laude claros.

§. XXIII.

Ruardus Tapperus fatiſ fundus.

Valer. l. c.
Dupin. p. 27.
Spond. hoc
ann. n. 35.
Joan. Cap-
pen. de geſtis
Pontif.
Leod. in Ro-
berto a Berg.
c. 3.

Tertius erat Ruardus Tapperus cele-
 berrimus sæculi decimi sexti Scri-
 ptor ac merito appellandus ornamentum
 Lovaniensis Universitatis, in qua Do-
 ctoratus laurea insignis per triginta no-
 vem annos Theologiam tradidit, ac de-
 mum illius Academix Cancellarius,
 necnon Ecclesix ad D. Petrum Canoni-
 cus creatus est. Hic Enchusæ in Hol-
 landia natus per totum vitæ suæ curri-
 culum præclara eruditionis, ac Zoeli sui
 specimina edebat, atque hæreticos tam
 scriptis, quam colloquiis strenue oppug-
 nabat: unde Carolus V. Cæsar, ejus-
 que Filius Philippus illum summo in ho-
 nore habebant, atque ejusdem consilii,
 illiusque opera in cunctis Religionis ne-
 gotiis utebantur: præcipue vero illum
 ad Tridentinam Synodum unacum Jo-
 doco